

Bibliothèque numérique

medic@

**La Taste, Jean-François - candidat /
Jallet, Nicolas-René - président. - [De
ascite]**

1758.

***Paris : Typis Viduae Delaguette,
Collegii & Academiae Regiae
Chirurgorum Typographi, viâ
San-Jacobeâ, sub signo Olivae
Cote : ms 2342, n°65***




ILLUSTRISSIMO, CLARISSIMO,
D. D. JOANNI-BAPTISTÆ-ELIÆ,
CAMUS DE PONTCARRÉ,
DE VIARME,

REGI A SANCTIORIBUS, CONSILIIS,
NEC NON URBIS PRÆFECTO,

*Vover, offert & consecrat obsequentissimus, J. F. LATASTE,
Chirurg. Studios.*





ILLUSTRISSIMO : CLAUSSIMO :
D. D. JOANNI BAPTISTAE LIE,
CAMUS DE PONTCARRÉ,
DE VIARME,
REGI A SANCTIONIBUS CONSILIIS,
NEC NON URBI PRÆTORIO,
Hanc, offero & confecto officio, J. F. LATASSE,
Chirurg. Studior.

THESES ANATOMICÆ ET CHIRURGICÆ.

EX ANATOMIA.



NUMEROS inter, quibus obruitur corpus humanum, Morbos. Periculosum sanè, & pertimescendum. Hydropem censemus, sed cum plerumque, ab organorum secretoriorum ingurgitatione, producat, & de ascite, id est de aquæ in abdominis cavitate, stagnatione, tantum simus dicturi, Anatomiae faciem præmittemus.

ABDOMINIS partes in continentes, & contentas dividi solent, continentes in communes, & proprias, communes sunt tegumenta communia; propriæ autem tum musculares, tum ossæ, tum membranaceæ habentur. Contentæ verò sunt omnia viscera in abdomine contenta, quorum usus diversus, alia enim digestionis, chilificationis, generationi, &c. interviunt.

VENTRICULUS est pars organica, in infimo ventre, sub diaphragmate sita. Præcipuum digestionis organum. Pars istius visceris sinistra, quæ Major est, in sinistro latere comprehenditur, dextra verò ad Jecur. Duo observantur orificia, substantia quadruplex, figuram tibiæ utricularis, referens. Diversa visceris istius amplitudo, Vasa à Liene brevia dicta. Cœliaca totam permeant substantiam. Nervi ab octavo pari plexum Coronarium efformantes.

OMENTUM seu Epiploon est Membrana duplex ; adiposa , ad hepar , Lienem , & Ventriculi fundum , sita , intestinorum anfractûs , quasi involvens , in non nullis usque ad Umbilicum protensus. Marsupii figuram referens , à peritonæo oritur , & ut duplicatum peritonæum , fundo ventriculi inhærens , dorso , & intestino Colon. Omenti substantia Multa interfecatur pinguedine , Vasa à Cœliacâ , & Mezenterico Ramo , altera etiam dicuntur adiposa , intestinorum faciliorem , reddit motum

INTESTINA sunt Corpora , oblonga , concava , rotunda , à piloro usque ad anum protensa. Quæ in tenuiora , & crassiora , & in abdomine Mezenterii ope connexa , quorum Vasa diversi mode nominantur , Lactea alia , aliasanguifera , à Mezenterica superiori , & inferiori orta. Nervi verò à vago pari.

MEZENTERIUM est Membrana duplex , adiposa , innumeris disseminata glandulis à primâ , & tertiâ lumborum vertebrâ orta , intestina connectens , vario dicitur nomine , Mezereon scilicet , & Mezocolon , arteriæ Mezeraicæ , ab aorta inferiori , totam permeant substantiam. Nervi ab octavo pari , glandularum usus , est liquorem quemdam album , vulgo chilum dictum , secernere , & perficere.

PANCREAS , est glandula conglomerata , sub posteriori ventriculi parte , hujusque fundo , sita duodeno , venæ portæ ; usque ad Regiones Epatis & Lienis , cui per Membranas alligatur. Ab arteriis Rami sinistri Cœliaco & Ramo splenico irroratur. Nervi ab octavo pari in isto viscere. Liquor albus secernitur , succus panereaticus dictus.

HEPAR est pars organica , in infimo ventre , sub diaphragmate , hypocondrio dextro est plurimum sita , bilis secretioni dicata. A parte anteriori convexa , & gibbosa , à parte verò posteriori , concava , in duos dividitur Lobos , additur etiam Lobulus , ab authore spigellii dictus. Ligamentis plurimis in situ firmatur. Reperitur etiam capsula glissonii dicta , Vasa à cœliacâ venâ portâ , venâ cavâ , &c.

VESICULA fellis , seu cistis fellea , est vesicula in parte anteriori hepatis concavâ sita , ad figuram piri inversi , quodam modo accedens. Duplici donatur Membranâ , quarum prior eadem est & communis hepati. Secunda verò , propria , den-

5
sa, & crassa; omni fibrarum genere conflata, ex inferiori, & angustiori parte, oritur canalis cysticus. Dicitur. Vasa, à dextro cœliacæ ramo, nec non à venâ portâ, recipit, & continet bilem, in hepate secretam.

LIEN, sive splen, est Viscus Atro-Rubens, in sinistro ventriculi latere, sub diaphragmate, ad costas situm, haud raro linguae formam æmulatur, concavum versus ventriculum, convexum verò versus diaphragma, & costas; substantia, vasculosa & fibrosa. Connectitur cum Ventriculo, vasorum brevium ope, Membranæ Lienem cum diaphragmate, omento, & Rene sinistro alligant arteriæ, à cœliacâ splenicæ dictæ, Vena splenica dicta, variis distinctis Ramis, superficiem irrorant. Nervi à plexu splenico, quidam contendunt Lienem bilis secretioni inservire.

EX CHIRURGIA.

Q UO plura, Morborum cohortem, concomitantur accidentia, eo citius, & tutius auxilia, & operationes, subministrat Chirurgia. Quot cives etenim, absque excellentissimæ istius Artis, & scientiæ præsidio, supremum obiissent diem: quot hydropici V. G. à periculosissimo isto morbo fuerunt sublevati.

HYDROPS, à duobus verbis Græcis, derivatur ὕδωρ, scilicet, & πνέω quæ significant aquam bibere. Sub duplici consideratur respectu, vel totam corporis peripheriam, adimplens; tunc anazarca, seu leucophegmata: quæ duo verba, à Græco, ἄνα, Σαρκα, supercutem & λευκός & ὀλεσµα, pirituita alba. Si verò in capacitatem abdominis ascites dicitur.

ASCITES de qua sumus tantum, dicturi, est abdominis tumor, maxima aquarum collectione, in ipsa met cavitate, productus. Derivatur à verbo Græco ἄσχος, quod hirci cutem significat.

HYDROPS in generalem, & specialem, dividi solet. Diverso gaudens nomine, juxta partes affectas, in capite V. G. hydrocephalos, in pectore plevrocele, in abdomine ascites, in scroto hidrocele, &c. Hidropifis causæ primariæ, & secundariæ, primariæ, *vel à solidis; vel à fluidis*, ex parte solidorum si nimium laxata, vel nimium tensa, à fluidis, vel nimium spissa, *vel dissoluta*. Secundariæ, à plurimis causis externis, vel ab aere nimium denso, ab alimentis oleaginosi immoderatâ vini potatione, quæ omnibus accidentibus ansam præbent, inde tardior sanguinis motus, arteriarum lentior pulsus, relaxantur Musculorum actiones, & totus corporis habitus in maciem decedit.

ASCITIS Signa diagnostica, plurima habentur, urinarum fluxus minuitur, abdominis gradata intumescencia, lentior pulsus, totius corporis gravitas, respiratio difficilis, immoderata sitis, febris lenta, aquarum præsentia in abdominis cavitate notitia, &c.

PROGNOSTICA verò à causis, ab ægroti viribus, ætate, temperamento, à majori vel minori aquarum stagnantium copiâ, &c. sunt desumenda, imò periculosissima.

DUPLEX modo, hujusce morbi curatio, *vel ab arte, vel à remediis*, tùm interne, tùm externe adhibitis; remedia interna, sunt ea quæ salibus acerbis, urinarum *promoveant fluxum*, quibus frustra adhibitis, Chirurgia promptiora suppeditat auxilia.

DIVERSÆ, juxta operationes, ad aquarum effluxûs necessarias, sententiæ. Alii enim scalpellum, alii acum triquetram proposuerunt. Ex duabus istis methodis, posterior nobis anteponenda videtur. Quæ ut rite celebretur, ægrotus in lecti margine collocandus, ita ut in latere, in quo instituenda operatio, incumbat. Tunc Chirurgus in medio, intra ombilicum & anteriorem, & superiorem ossis ilei spinam, acûs triquetra ope, operationem instituet.

QUANDOQUE tamen, aquarum effluxus sistitur, vel à nimia ipsarum spissitudine, vel ex partibus, omento scilicet, & intestino, quòd facillime spicili ope terminatur.

DE UTERO INVERSO
7
EFFLUXIS aquis, in lecto collocetur, æger, & fasciis vino
calido imbutis, instituenda deligatio, & remedia tum aperi-
tiva, diuretica, purgativa & diluentia designanda.

Has Theses, DEO JUVANTE, & Præside M. NICOLAO-
RENATO JALLET, Artium Liberalium & Chi-
rurgiæ Magistro, nec-non Regiæ Academiæ Chirurgiæ socio,
tueri conabitur, JOANNES-FRANCISCUS LA TASTE,
Parisiinus, Artium Liberalium, in almd Universitate Pari-
sienfi, Magister.

P A R I S I I S,

IN REGIIS CHIRURGORUM SCHOLIS.

Die Lunæ 27^a Novembris, anno salutis 1758, à sesqui secundâ
ad septimam.

PRO ACTU PUBLICO.

ET MAGISTERII LAUREA.

Typis Viduæ DELACUETTE, Collegii & Academiæ Regiæ Chirurgi-
Typographi, viâ San-Jacobeâ, sub signo Olivæ.

